



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Hieronymi Dandini Cæsenatis E Societate Iesv De Corpore
Animato Lib. VII.**

Dandini, Girolamo

Parisiis, 1611

De facultate motrice, cap. 10.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95641](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95641)

virtute dixit, deinde de cognoscete atque in hac parte de exteriori primū sensu, deinde de interiori & phantasia, postmodō de intellectu, quōd intellectus phantasia supponat, phantasia sensum, sensus vegetationem. Ita post cognoscētem de mouente tertio loco differit, quōd in animalibus antecedit cognitio, sequatur motus, quo cognita obiecta aut persequuntur aut auerantur. Sensus quoque latius patet, quā motus. Nam quæcumque mouentur animalia, sensum habent: at sentiunt nonnulla, quæ non mouentur.

Et quamuis in pluribus insit motus, quā intellectus, prius tamen de intellectu dicendum, quā de motu, fuit: tum quia intellectus a cognoscētibz cæteris facultatibus separandus non fuit neque illarum consideratio interposito motu perturbanda: tum quia intellectum phantasia, quam semper sequitur, quæque ipsa intellectus quidam est, æquum erat adiungere. Cū præsertim motus & sensui & intellectui communis existat, & utrumque committetur cognitionis genus, neque affectibus semper, sed rationali etiam, atque intelligente appetitu incitari moueamur. Denique non potuisse doceri inquit Philoponus, quid motrix facultas sit, nisi cætera prius facultates fuissent tradita. Quomodo enim respondeatur quæstioni, quā nunc Philoponus proponit, an hæc facultas a cæteris diuersa sit, an vnaquepiam aliarū? At ostendatur, eam nec vegetantem esse, nec sensum, nec phantasia, nec intellectum, nisi illis antea cognitis probèque perspectis:

At qui illud est, quod (animalium) addit, ubi animam inquit duabus illis facultatibus definiri, cognoscēte & mouente. An id propterea additum est, quoniam eæ sunt animalium propria facultates? Nam in plantis neque cognitio viget neque motus; sed vegetatio sola, ut in tex. 95. lib. primi dicebatur. An verò id etiam ex veterum Philosophorum consensu acceptum est; quos duobus hiæ animam definiuisse in eodem i. lib. tradiderat? Quod sanè si non vniuersè de viuētibz omnibus accipiatur, sed contrahatur ad animalia; sitque sermo de facultatibus illorum proprijs, quatenus animalia sunt, & cum plantis non communibus; verum est. Siquidem appetitus, qui desiderari fortasse posset, cum motu coniungitur: quoniam ab appetitu rei cognita prouocatur motus. Professus autem est Aristoteles in ipso disputationis exordio in tex. 19. accepturum se libenter, scitè si quid ab illis fuisset dictum. Peccarunt in eo, quōd angustè nimis naturam animæ considerarunt; plantæque velut non animatas prætermiserunt: alioqui de propria animalium anima propositio probatur. Tamen si nec cognitionis, nec motus causā, quam illi proposuerunt, probata fuerint. Aristoteles propositioe retenta, vt aliam cognitionis vim & causam exposuit in superioribus; sic veram deinceps motus rationem ostendet. Neque opus est dicere, sermonem esse de mouente vt efficiente, non vt fine. Quoniam vt antea facultates eas tractauit, quæ actionum illarum; quæ in viuētibz coneruntur, actiua principia sunt; ita principium quoque motus querendum fuit facultatque animalium impellens ac mouens corpora.

Quod autè attinet ad verba, nihil mireris, quas primū facultates appellat, partes postea nominari; ubi querit, num mouens si quæpiā animæ pars. Quoniam abiq. discrimine voces hæc interdum vsurpantur, fa-

cultatesque virtutis & potestatis partes appellantur. Interdum verò cum discrimine quo, vt habet Philoponus, per totam substantiam facultas permeat, pars in tota substantia non est, sed in aliqua eius portione; siquidem pars eius est, non substantia tota: & facultas quidem non est substantia, pars autem substantia est: siquidem substantiarum partes sunt substantiæ, vt in categorijs cognouimus. Quare dum queritur num parte substantiæ moueat anima, an facultate: & si parte, num earum aliqua, quæ nominari consueuerunt, aut à Platone nominata intelligi possunt, ratio, ira, & cupiditas; aut quæ vulgatae sunt & omnibus nota atque à nobis hæctenus tractata, sensus, phantasia, intellectus; an alia quepiam ab his diuersa. Si Platonem respiciat quæstio, facultas & pars cum discrimine intelligi debent; quia partes Plato posuit Aristoteles facultates: sin verò absolute proponatur, absque discrimine fuerint vsurpata. Quocirca illa etiam verba (quæ numerari consueuerunt, & dicta sunt) aut ambo Platonem spectant, aut ambo communem omnium existimationem & antecedentem tractationem, aut alterum ad Platonem refertur, alterum ad superiorem tractationem.

Obseruabis præterea iudicatorium, hoc est quod cognoscere potest & de obiectis iudicare, in diuina diuidi & sensum: vt Dianean intelligas sentientem Aristoteli facultatem nō esse; quippe quam contra sensum diuidatur; sed ad intelligentem partem pertinere. Cuius rei alterum illud apertum est testimonium; quōd mutata statim voce Dianean intellectum appellat: de sensu, inquit, & intellectu tot definita, sint de vniuerso inquam iudicatorio, quod tum Dianeæ, hoc est intellectus, opus est, tum sensus, satis hæctenus dictum sit. Quod adnotans Simplicius intellectus nomen in omnem aut rationalem vitam dilatari.

Tandem dum de mouente queritur, num animæ pars sit, aut magnitudine separabilis, aut ratione; magnitudo Platonem respicit, ratio propriam Philosophi sententiam. Plato namque magnitudine, hoc est subiecto & loco, iuxta magnitudinem & partes corporis partes animæ separabat, in capite, corde, & iecore. Is verò non ita, sed ratione duntaxat, vt alias atque alias in diuersis partibus operationes promit, etli eadem vbiq. essentia sit. Quæstioque est, num vis motrix pars quepiam animæ sit loco à cæteris separata seorsimq. in quadam residens corporis parte, an ratione diuntaxat. Quod fortasse significet plures in eodem viuente animas ratione sola, non re, diuersas esse: neque diuersas animæ facultates, re, sed ratione sola tum inter se, tum ab anima; distingui. Qua de re in lib. 2. dictum est.

TEXTVS.

Ἐξ δὲ διακρίσεως διδύκεται, πῶς τὸ δυνάμιμι νοῦν καὶ κίνησιν, καὶ τὸν δὲ δυνατὸν φαντασίαν καὶ αὐτὸν ἀνεκὸν κίνησιν ἀποκρίσας, λογιστικὸν καὶ ἡμιλογικόν, καὶ ἐπιθυμητικόν, οἱ δὲ τὸ λόγον ἔχον ἐστὶν ἄλογον, καὶ ἰσὺν τῆς ἀλογίας, διὰ τὴν τῆς φαντασίας, καὶ αὐτὴν φαντασίαν μὴ εἶναι ἀλογικὴν ἐξ ἑαυτῆς, ἀλλὰ ὡς καὶ νῦν εἴρηται πρὸς ἡμετέρας. ὁ δὲ δυνάμιμι ὁ παρὰ τὸν πῶς τοῦ λόγου καὶ τὴν ἀλογικότητα, ὁ εἶναι δὲ ἄλογον, οὗτος δὲ λόγος ἔχον, οὗτος δὲ ἀλογικός.

XXXX iii

148
a ma-
impedi-
tione
nam
de fin-
inimā
memo-
ipsum.
lie sunt
est sine
gendo,
a reo-
ramen
ligens
autem
quā-
quā-
siqui-
quo-
qui-
noto-
phan-
tasia
et hinc
teci,
reim-
com-
dit, est
ecum
aque

Dianeā
quā.

Facul-
tatis di-
stinctio.

Facultates
et pars
vt differ-
vaut.

Tex. 41. Habet autem dubitationem statim, & quo modo partes anime dicere oporteat, & quot. Quodam enim modo infinite videntur, nec solum quas inquirunt nonnulli definites, rationalem, & iracundam, & concupiscentem. Alij vero rationem habentem & irrationalem. Nam per differentias, quibus hasce separant alie quoque videntur partes maius discrimen habentes, quam haec, de quibus & nunc dictum est: tum nutrens, qua & plantis inest & animalibus cunctis: tum sentiens, quam nec ut irrationem habentem, facile quispiam ponat.

COMMENTARIUS CXLI.

IN anima vim inesse cognoscendi & mouendi confessione omnium constat: quippe solis animatis, etsi non omnibus, sed animalibus duntaxat, cognitio inest & motus in ipsismet excitatus: At si pereat abeatve anima, protinus omnis cognitio extinguitur, cessatque motus. Quid vero in anima sit, quo moueat, id plurimam habet obscuritatem, propter multiplicem ac variam operationem, quam egre videas quomodo ab vno simplici principio possit proficisci. Propterea primum considerandum proposuit, quid in anima sit, quod moueat, an tota anima an vna aliqua illius pars, & quenam ea sit. Deinde partes anime distinguit, vt ad quamnam earum pertineat motus tandem ostendat.

Vbi cum facultates commemorat, facile intelliges partes appellari facultates, eodemque fortasse modo antea quoque nominatas fuisse. Dumque dubitat, quomodo partes anime dicere oporteat, querere illum arbitror, an substantie, an facultatis & potestatis partes dicendum sint. Planto namque substantie, Aristoteles virtutis & potestatis partes dixit. Nec dissentit Simplicius, queri arbitratum, num corporeo an in corporeo modo intelligere oporteat anime partes. Corporeo enim modo intellexit Plato, qui corporis eas partibus distribuit: incorporeo Aristoteles, qui sola vi ac proprietate separauit. Querit etiam de earum numero, quot omnino numerandae sint: quoniam tres omnino numerauit Plato. Quocirca pluribus nominibus eum ait Philoponus fuisse ab Aristotele reprehensum: quod animam vt totum diuisisset in partes: quod duas animas, rationalem & irrationalem, fecisset vt vniam, moxque in tria partitus fuisset, in rationem, iram, cupiditatem: quod multas partes pretermisisset: quod partes eas locis & partibus corporis separasset. Nam etsi numerum quandam fateatur Aristoteles, non eum tamen admittit, qui est in illis, qua penitus diuisa & separata sunt, vt lapis & lignum, diuisiue continui partes: sed qui multitudinem simul cum vnione & impartibilitate habeat, vt ea, qua sola ratione differunt: quemadmodum in pomo, inquit Themistius, color, odor, & dulcor. Quae vero de continuo & eius partibus Simplicius memorat, minimè sunt ad rem.

Philosophus igitur quaestione proposita duas adducit sententias. Alteram, qua tres anime partes continentur, ratio, ira, & cupiditas. Alteram, qua in duas statim partitur, in rationalem, & irrationalem partem. Vtraque Platonis fuisse creditur, qui in rationalem diuiserit, deinde irrationalem partem in iram & cupiditatem subdiviserit. Vtramque simul senten-

De anima Platonis reprehensa.

Diuisio anime Platonis confirmatur.

Atiam argumento multiplici, vt mihi quidem crederi videtur, confutat Philosophus: quorum vnam redundauit, reliqua duo maneam, & nimis accurate curata partitione fuisse demonstrant. Primum illud est; quod non haec sola, sed innumerales praeput aliae partes adferri potuissent. Si nimirum singulis anime operationibus adesse oporteret singulas partes, qua illarum principia forent: quemadmodum Plato fecit, qui rationalem, iraculentem, & concupiscentem, tres partes fecit, qua ad vnica appetentem, qua tum rationalis interdum est, tum interdum iracens aut concupiscentem, vt rationem aut sensum sequitur, iracem non nunquam excedit. Omnino redundans & inutilis partitio fuit, qua in plura diuisit ea, qua vnus sunt: hocque vitio laborans, quod vbi anime se partitionem putauit facere, non anime, sed operationum potius fecit. Et non nisi separabile & inseparabile, rationale & irrationale, cognoscens & non cognoscens cognoscens & appetens, appetens secundum rationem & sine ratione, & huiusmodi aliae sexcenta poterant numerari?

Alterum argumentum est, quod si diuersitas ea, quam spectauit Plato, satis sit, vt diuersae partes in anima constituantur; plures aliae fuerint constituenda: quoniam aliae plures sunt, quae magis inter se atque à commemoratis partibus, quam eae inter se ipsas, differant. Pars etenim ea, quae in plantis & animalibus cunctis vegetat; & quae in animalibus omnibus sensum prebet, multo magis & ipse differunt & à tribus illis, quam ipse inter se tres; preteritum à concupiscentia ita, quae in eodem ambe appetitu sententiae continentur. De vegetante perinde ac res sit manifesta, nil amplius addit quoniam illa anime pars neque cognitionis est participes neque appetitionis: neque animalium est propria, sed in plantis quoque inest à ceteris omnibus separata.

Sensum fortasse posteriori diuisione in rationalem & irrationalem dixerit comprehendit. Quorum vtramque in animalibus, in quibus est sensus, illi ipsi considerabant. Propterea sensum adiunxit haud facile esse vel rationalem vel irrationalem dicere. Cuius dum rationem quaesierunt Themistius atque Aueroes, eam tandem pronuntiarunt, quod rationalis dici nequeat quoniam in bestiis non inuenitur, quam in homine, cuius propria est ratio, reperitur. Neque irrationalis; quia obiecti comprehensionem significat, sensumque differentias indicat, & ex altero quidem capite irrationalis videtur, ex altero autem rationalis. Sed quod ad primum attinet, appetitus quoque in bestiis est; qui irrationalis sit natura, rationique soleat in homine repugnare, vt videre est in incontinente: rationalis tamen quoquo modo dicitur esse in primo de moribus ad Nicomachum libro cap. vii. quia rationem audit illiusque pareat imperio, vt in continente apparet. Non inquam quod ipse ratione utatur, sed quod alterius rationem sequatur. Quam ob causam eum dixit Philosophus habere rationalem vt patris & amicorum, & non vt rerum Mathematicarum; hoc est alterius rationem sequi, vt filius patris & amicus amici salubre consilium sequitur. Quod autem ad alterum, etsi sensus obiecti comprehensionem habeat, rationis tamen comprehensio non est; quaque omni ratione carens in bestiis quoque reperitur. Quare si rationalis non

non sit, quia in bestijs inest; ob eam ipsam causam A
irrationalis fuerit.

Sane probabilis cogitavit Philoponus. Non est
maior, inquit, ratio, cur alterum potius dicatur,
quam alterum. Rationalis quippe videtur, quia
intellectui similis est, dum per se res videt & cogno-
scit: & rursus irrationalis, quia patitur & dissimi-
lis est, dum extraneis & distans cognoscendum habet
obiectum: neque rationem audit, dum solam vnus
pedis esse pronuntiat.

Philosophum quidem certe in primo de moribus
lib. partitum animam fuisse reperies in rationalem
& irrationalem: ac rursus irrationalem, tum in
eam, quae vegetanti perfimilis non obedit rationi;
tum in eam, quae rationem audit illique obedit,
hancq. concupiscentem esse & appetentem partem.
Ergo duobus modis irrationale nominatur: altero
negatiue, altero priuatiue: illud nec rationem ha-
bet, nec illius particeps esse potest, hoc si non ha-
bet, quoquo tamen modo habere potest. Estque
duplex pars, quae rationem habeat: vna, quod proprie
& in se habeat: altera, quod illi obediat.

Quare potest hic locus interpretationem nobis
adferre eius, quod nunc dicitur. Primum enim ir-
rationale non negatiue, sed priuatiue nominat.
Neque de vegetante dubitat parte an rationalis sit
an irrationalis, quoniam ea irrationalis negatiue
solum, & cum plantis communis est, rationale
que & irrationale, quod priuatiue dicitur, in solo
consideratur homine. De sensu autem non esse fa-
cile ait definire, an irrationalis priuatiue sit an
rationem habeat. Quoniam haec diuisio est appetitus
propria, qui vel rationem in se habet, vt rationalis
voluntas, vel rationi obtemperat illique subijci-
tur, vt concupiscentia & appetitus sentiens: quem-
admodum Philosophus ipse statim subiungit. In
rationali, inquit, voluntas sit, in irrationali con-
cupiscentia & ira. Sensus vegetanti perfimilis negatiue
dumtaxat irrationalis est; priuatiue non item;
quia rationem non audit nec illi obedit.

COMMENTARIVS CXLII.

Q uod de imaginatrice animae parte subiungi-
tur, siue ad illud idem alterum argumentum
pertineat, quo Philosophus utebatur, siue ter-
tium aliud numeretur; nihil morabor. Imaginatri-
cem inquit, ratione saltem perspicuum est ab alijs
omnibus diuersam esse: quoniam imaginari & ab-
sentia etiam obiecta cognoscere, variisque modis
componere; vel eorum, quae nusquam sunt, sin-
gendo imagines; peculiaris quaedam est & ab alijs
omnibus operatio diuersa. Vix autem poterit Pla-
to ad vllam earum, quas ipse numerauit, reuocare,
eandemq. re cum earum aliqua esse; ratione solum
diuersam, affirmare. Eandem enim cum rationali
non fuerit; quoniam imaginatio in bestijs item in-
est ratio non inest. Neque cum concupiscentia vel
ira; tum quia haec appetitus quidam sunt, imagina-
trix vero cognoscens vis tum quia aduersarius ipse,
facultatis huius, vt & sensuum omnium pro saeculio
rationis sedem agnouit in cerebro: qui ipse concu-
piscenciam in jecore posuit, iramque in corde: at
si sedibus differunt, idem re & subiecto esse non
possunt.

Quarto loco appetitum adfert, qui cum ex ope-
ratione ostendatur facultas animae quaequam esse ra-
tione saltem a ceteris diuersa, quia propria & di-
uersam habet operationem (omnes quippe argu-
mentationes haec certissimo ac notissimo hoc prin-
cipio nituntur, facultates animae ex operationibus
cognosci, definiti ac distingui) aut à Platone fuit pre-
termisus aut vitiosè commemoratus; dum in ratione,
cupiditatem, & iram partitus est quem vnico appe-
titus nomine debuerat appellare, vnamque genere
facultatem aut partem animae ponere, adnumera-
tam vegetanti, sentienti, imaginanti, ac ceteris.
Vnam autem genere nominandam fuisse faculta-
tem, nec tamen a ceteris partibus diuellendam,
probat; quoniam si bimembris diuisio fiat in ratio-
nalem & irrationalem, in vtraque appetitus inest.
Nam ex rationis cognitione voluntas excitatur in
rationali parte; & in irrationali ex cognitione sensus
cupiditas & ira; omnes obiecti cogniti appetitio-
nes.

Quem locum etiam atque etiam considerari ab
illis volo, qui negant aut certe dubitant, num Ari-
stoteles in rationali parte rationalem appetitum,
quem voluntatem dicimus, cognouerit. Etenim is
& appetitum ponit & βούλησι, hoc est voluntatem,
nominat quae, vt Themistius hoc loco & antea in
tex. 29. loquitur, appetitus mentis iudicatur: quia vt
Simplicius ait, appetitio quaedam est & ipsa ratio-
nalis voluntas. Et rursus, voluntas in ratione appeti-
tus quidam est. Quod etiam inferius repetet in
Commentario tex. 48. & habet Themistius quoque
cap. 67. dum tex. interpretatur 57. Non omnis, in-
quit, in nobis appetitus voluntas est, sed contra om-
nis voluntas est appetitus.

Si vero in tria membra partitio fiat, in rationalem,
irascencem, & concupiscentem; sane in horum sin-
gulis appetitus inest, triplexque item in anima fue-
rit appetitus, rationis vnus & duplex sensus; alter
concupiscentiae, alter ira. Quos omnes in tex. item
27. lib. 2. complexus est: appetitus, inquit, concupis-
centia est, & ira, & voluntas. Appetitus rationis

Irratio-
nale ne-
gatiue &
priuati-
ue.

Appeti-
tus ratio-
nalis.

TEXTVS.

Εἰ δὲ πὸ φανταστικὸν, ὃ τῆς μὲν ἑστὶ πάντων ἔπρον, τῆς δὲ πύτων
λατῆς, ἢ ἔπρον, ἢ χειρὸς καὶ ποδῶν ἄπειλον, εἰ τις ἴσῃσι καὶ χωρὶς ἑαυτοῦ
κῶμα τῆς ψυχῆς, ἢ ἄλλοις δὲ ἄλλοις πὸ οὐρανῶν, ὃς ἡ λογικὴ ἢ διανοη-
τικὴ ἔπρον ἢ ὁ δὲ ἄλλοις πάντων, ἢ ἄπειρον δὲ ἄπειρον, ἢ ἄπειρον, ἢ ἄπειρον,
τῆς λογικῆς τῆς ἢ βούλησις γίνεται, ἢ ὃ τῆς ὁμοῦ ἢ ὁμοῦ ἢ ὁμοῦ, ἢ
ὁ ὁμοῦ, εἰ δὲ ἄλλοις ἢ ἄλλοις, ὃ ἢ ἄλλοις, ἢ ἄλλοις ἢ ἄλλοις.

Tex. 42. Tum vero imaginatrix: qua secundum esse quidem
ab omnibus diuersa, cuiusmodi autem harum eadem vel
diuersa, multam habet dubitationem, si quis separa-
tas animae partes posuerit. Ad haec autem appetens,
quae & ratione & potestate ab omnibus sane diuersa
videbitur, & absurdum certe hanc diuellere. Etenim
in rationali voluntas sit, & in irrationali concupis-
centia & ira. Quod si tria anima, in singulis appe-
titus erit.

seu voluntas circa bonum vniuersum & honestum, concupiscentia circa bonum particulare & quod delectationem aut vtilitatem habeat, & ira qua & aggrediamur ardua eaq. superemus, quae boni huius consequentiam impediunt. Itaque cum illae ipsae partes à Platone commemoratae sine appetitu non consentent, & appetitus tamen à cunctis alijs diuersa facultas existat, nullo modo debuit inominatus praetermitti.

DIGRESSIO XXXIX.

De Multiplici appetitu.

VNa genere facultas appetens est, quae appetibile omne respicit: sed specie duplex, rationis vna, altera sensus: triplexq. omnino appetitus, rationalis concupiscentis, & irascens: Platoni quidem re & subiecto distantes, Aristoteli verò aut ratione sola, aut tanquam actiones eiusdem genere & duplicis specie facultatis circa alia atq. alia obiecta. Quò fit, vt per sepe vnam facultatem appetitum nominet: interdum velut duas, voluntatem & concupiscentiam, vt non multò post in tex. 50. 53. & 57. interdum etiam tres, voluntatem, concupiscentiam, & iram, vt hoc loco & in tex. 27. lib. 2.

Quam autem Philoponus mouet, dubitatio de plantali appetitu, vt triplex sit triplicis animae appetitus, rationalis, sentiens, & plantalis, minus Philosophi verbis ipsiusmet confessione consentit. Quippe sermo est de triplici appetitu à Platone proposito, quique cognitionem aliquam comiteretur. Alioqui vniuersè loquentes duplicem primùm distinguimus appetitum, naturalem vnum, cognitione carentem, qui velut propensio est & instinctus naturae, quae bonum semper, perfectionem & conseruationem sui querit in omnibus: hicq. naturalem cuiusq. rei formam sequitur, vt appetitus loci deorsum vel sursum in grauius & leuius. Immo in prima quoq. materia appetitum inesse formarum legitur in tex. 81. lib. 1. Physic. Neque hic appetitus facultatem vllam significat facultatisue actum præter re cuiusq. naturam ad bonum suum propensam & inclinatum. Alterum animale, cognoscens naturæ propriam, eum facultatem, qua ad bonum cognitum sibiq. commodum procurandum sollicitatur animal, aut auocatur à malo, quod noxium sibi futurum cognoscit. Hoc verò præstat actum quempiam circa bonum vel malum cognitum promendo: alioqui si immobilis maneret ac stupida, neque cognitionem sequeretur, neq. sollicitaret animal. Ita fit, vt appetitus prior determinatus ad vnum sit; quoniam hæc vbiq. naturæ conditio est: posterior ad plura indifferens, vt plura cognoscenda occurrunt. Prior in forinsecus impediatur, in actu semper est, quia naturalis forma naturaliter & necessario operatur: alter non semper, quia non semper adest animali cognitio. Ergo plantalis & vegetans anima vt cognitionis est expertis, sic appetitu eo, qui cognitionis comes est, caret. Habet naturalem illum, quo & alimentum appetit, & singula corporis membra conueniens sibi potius, quam alienum, trahunt. Et in 1. lib. de Arte dicendi cap. 11. diuersam concupiscentiam reperies in irrationalem, quæ nec rationem audit nec persuasionem: qualis est appetitus alimentis, cibi & potus; & rationalem, quæ & persuaderi potest & ratione corrigi & non multò antè diceba-

mus ex 1. de moribus lib. aut rationale proprie dicitur, quòd in se rationem habeat, aut ita vt qui dicitur patris vel amici audiens est. Qui proprie rationalis dicitur appetitus volens est: qui minus proprie appetitus sentiens, siue cupiditas sit, siue ita.

Vnde voluntatem ac sentientem appetitum diuersas facultates esse intelligas; nec modo rationem, sed re ipsa quoq. si per se & secundum suam naturam considerentur: quippe diuersas re animas distinctasq. cognoscentes facultates consequuntur, intelligentem inquam & sentientem, humanam & bestialem animam, intellectumq. & sentium. Alter spiritalis est, nec vllò corporis vtens organo, materialis alter, & organicus. Vt verò distinguantur in homine in quo ambo simul in vnicuique anima continentur; petendum erit ex generali dispositione de facultatum ab anima & inter se distinctione. Rationis certe ac definitionis distinctio vbiq. necessaria est nam & obiectum diuersum spectant, alter bonum vniuersum & honestum, alter bonum particulare & iucundum: & alter hominis proprium est, alter cum bestijs communis: ille vt homo est, hic vt animal est: alter inorganicus, alter organicus: vnus deliberatione vtens, alter nequaquam: ardem alter alteri sæpe contrarius ac relictus.

At non ita fortasse definias, num concupiscentia quoq. & ira duplici egeant facultate, siue re, siue ratione sola, diuersa. Certe per multi duas esse facultates affirmant: inter quos S. Thomas in 1. parte quaest. 81. ar. 2. tum quia horum vnus appetitus auertit contra alterum, vnusq. nimitus alterum. Nam ira vehementius irascitur, minuit concupiscentiam: etsi valde concupiscas, parum irascitur. Tum quia ira propugnatrix cupiditatis exultat; tum verò & contrarios habent fines, & pugnant actiones, amplecti bonum & propulsare malum. Mihi tamen necessarium id non videtur, vnicuiq. in sensu facultatem arbitror esse satis; arbitratumq. reperies Theophrastum, tum hoc loco, tum tex. 29. Simplicium & alios. Omnes namq. consentientes video vnicuique esse rationalem appetitum circa bonum & malum, eundemq. velle & amplecti bonum, nolleq. & auersari malum: eundem ardua & non ardua spectant quippe scitum est illud, eadem est contrariorum facultas, etsi ardua vehementiora illa sint. Eadem namq. videndi vis & circa album & nigrum & circa paruum & magnum aspectabile, circa conueniens & non conueniens obiectum verlatur. Eadem ceterarum cognoscentium facultatum lex & natura.

At quidni eadem appetentium sit? Cur non eadè valeat facultas appetere id, quod commodum est & rejicere incommodum, verlatq. circa arduum & non arduum. Sed ab hoc animali appetitu tres omnino promuntur actus; inclinatio in bonum, declinatio à malo, & propulsatio mali; magisq. multatq. distat à prosecutione boni, quam propulsatio mali: quoniam illa duo contrarie & quasi contradicenter opponuntur. Quare vt non ponuntur duo distincti appetitus ad propulsandum malum opus est appetitu ab eo diuerso, qui bonum profectur & fugit malum; sed vnus hæc omnia prestare potest. Cum præsertim appetitionis aut diuersum obiectum non sit, aut certe non satis ad diuersam facultatem faciendam. Ira namq. obiectum non solum dicitur esse malum propulsandum, sed arduum quoq. bonum; circaque bonum & malum concupiscentia quoq. verlatur. Quòd si hæc circa bonum, illa

Appetitus vni, duplex, & triplex.

Appetitus naturalis quid.

Appetitus animalis.

Appetitus in plantis an vllus.